



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De animis vagis, ac distractis. cap. lv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

*Simile.* Sapientia quoque est seipsum nosse, ac non immodicè efferrì, nec perinde ut voces affi-  
ci, quæ si immoderatus copendantur, prorsus deficiunt.

*ibid.* Hæc cum nobis explorata sint, fratres, demus operam, ne ad bonum torpescamus, sed  
in omni- spiritu ferueamus (ne alioqui paulatim in mortè obdormiamus, aut dormientibus nobis per-  
niciosam zizaniam hostis superferat. Ignauia enim & segnities somno coniuncta est) nec rur-  
sus cum temeritate & cæco nostri amore inferuescamus, ne in transuersum abripiamur,  
tenendus viâ; regia excidamus, atque in horum alterum necessario incidamus, nempe ut vel cal-  
cipibus propter tarditatem opus habeamus, vel propter temerarium animorum impetum  
modus. in præcepis ruamus. Quin potius curam adhibeamus, ut vtriusque vtilitatem colligamus,  
illius nimirum lenitatem & moderationem, huius zelum, vtriusque rursum vitium su-  
giamus, hoc est illius veterosam pigritiam, huius verò temeritatem. Hac ratione fiet, ut  
nec ob defectum sterilem & infrugiferi simus, nec propter excessum periclitemur. Quam  
enim inutilis est iners ac supina segnities, tam inutilis est stulta acrimonia: illa à bonis &  
honestis actionibus refugiens, hæc easdè præteriens, ac dextro dexterius aliquid cõstituens.

*ibid.* Præstat, id quod per facultates licet, offerre, quàm officio penitus deesse. Non enim qui  
huiusmodi res non potuit, in culpa est: sed qui noluit, crimini ac pænæ obnoxius est, siue de  
diuinis rebus loquamur, siue de humanis.

Nec segniorem, quàm par sit, esse bonum est, nec acriorem: ita ut vel per nimiam faci-  
litatem ac lenitatem ad omnes te adiungas, aut per temeritatem ab omnibus te remoueas.  
Aequè enim & iners est segnities, & lenitas atque inconstantia societatis expers.

Modus omnis optimus.

*Chryf.* Huiusmodi est Christi sapiëntia: quippè quæ nec minus quàm par sit, nec amplius quàm  
conueniat, dimicare permittat: sed vbiq; modum ac mediocritatem custodiat.

*Isidor.* Moderatus sit virtutis labor: ne modum excedat mutatio.

De sapientibus ac prudentibus viris: & quòd eos semper ad iuuandum  
promptos esse oporteat. CAP. LVIII.

*Sap. 7.* **S**APIENTIAM sine fictione didici, & sine inuidia communico, & di-  
uitias illius non abscondo.

*Ecli. 41.* **M**ultitudo sapientium, salus mundi.  
*20.* Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quàm homo, qui  
abscondit sapientiam suam. Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ uti-  
litas in vtrisque?

*Mat. 10.* Gratis accepistis: gratis date.

*1. Pet. 3.* Parati semper ad satisfactionem omni poscèti vos rationem de ea, quæ in vo-  
bis est spe: sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam.

*Basil.* Proditionis periculum est, si quis de rebus diuinis ab iis interrogatus, qui Dei amore  
præditi sunt, non promptè atque impigèrè responsum dat.

De consuetudine. CAP. LIX.

*Sap. 14.* **E**T VSTATE confirmata impia consuetudo, tanquam lex custo-  
dita est.

**H**omo, qui assueuerit sermonibus probrosis, in omnibus diebus  
vitæ suæ non erudietur.

*Basil.* Multi antiqua consuetudine detenti ac superati, spurcitiem & abominationem eorum,  
Etia brutæ que sunt, non agnoscunt.

*ta animã* Disiunctio a rebus vsitatis & familiaribus, brutis etiam animantibus est acerbissima.  
*tia agrè à* Ipse equidem bouem aliquando vidi in præsepio collachrimantem, cum is, quem pabuli ac  
ing